

NvK an den Pfarrer von Brixen.¹⁾ Er macht ihm bittere Vorwürfe, weil er das Interdikt in Brixen nicht beachte und fordert ihn auf, künftig keine Gottesdienste mehr zu feiern. Er sei überdies verwundert, dass der Graf von Görz für seine Untertanen eine Ausnahme einfordert. Er warnt ihn vor den Folgen für sein Seelenheil.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiB, Cod. Cus.* 221 p. 126 (= K²); BOZEN, *StA, Codex Handlung* (ehemals: INNSBRUCK, *TLA, Cod.* 5911) f. 439^v (= H).

Regest: Jäger, *Regesten I* 323 Nr. 300.

Erm.: Jäger, *Über die Geschichtsquellen* 874; Gotwald, *Ecclesiastical Censure* 14; Meuthen, *Die letzten Jahre* 216 Anm. 4.

Eternam salutem. Venerabilis domine plebane. Intellexi cum maxima anime mee amaritudine, quomodo in ecclesia mea Brixinensi ac in parrochia sacerdotes et alii ob divina, que per eos contra canonicas ordinationes prophanata sunt, in irregularitate persistunt, et quidem dei timore penitus postposito, volentes intelligere, ut bene agant, 5 presumunt allegare concilium Basiliensem³⁾ ad excusandum excusaciones in peccatis, licet illa ibi edita in hoc excepto casu nullo modo locum habent. Et miror, quod dominus comes Goricie⁴⁾ pro sacerdotibus sub eo degentibus ita sollicitus est, ut illi, qui se ecclesie mee in malo conformarunt, veniam ab apostolica sede mereantur, et alii sui honoris sint penitus, ut hominibus placeant, obliiti. Et quia vos habetis exercitium cure 10 civitatis mee et estis in mea reputatione vir bonus et deum timens, vos admoneo, ne decipiatis populum divina prophanando et ne dehonoretis in dampnationem anime vestre omnipotentem deum, ut hominibus placeatis. Dicit enim apostolus: „Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.“⁵⁾ Alioquin videbitis magnam iram dei, qui non vult ita viliter contempni, et non parvi faciatis ea, que ego, episcopus vester, 15 vobis, ut teneor, scribo, sed recipite ipsa ut a legato Christi. Episcopi enim ‚pro Christo legacione‘ utuntur.⁶⁾ Neque credatis vos excusari, quia sic alii faciunt. Nam non minus ardet, qui cum multis ardet. Ex Florentia die 26 maii 1460.

N(icolaus) cardinalis sancti Petri, episcopus Brixinensis, manu propria.

18 Nicolaus – propria: *fehlt K.*

¹⁾ Johann Sailer (*Carnificis*), Pfarrer zu Brixen; s.o. Nr. 3061, 4144.

²⁾ Über dem Text: p(lebano) Brixinensi.

³⁾ Zu diesem Argument s.o. Nr. 6141 Z. 41 mit Anm. 9.

⁴⁾ Gf. Johann II. von Görz. Zu der hier von NvK noch abgelehnten Sonderregelung für die zur Grafschaft Görz gebörenden Teile seiner Diözese s.u. Nr. 6232.

⁵⁾ Gal. 1,10.

⁶⁾ Vgl. 2 Kor. 5,20.